



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXIV. Markgraf Johann untersagt seinen Vögten die Ausübung der Vogteigerechtsame über Dorf Danxsen, da die Herren von Hadmersleben solche den Kloster Diesdorf zugewandt haben, am 22. Juli 1315.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XXXIII. Markgraf Johann verkauft dem Kloster Diesdorf das Dorf Hanem,  
am 8. Juli 1315.

In nomine domini amen. Humani actus in obliuionem decidunt, si non scripturarum adminiculo in posterorum notitiam transmittuntur. Hinc est quod nos Johannes, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, recognoscimus publice in his scriptis, quod prouida deliberatione nostrorum fidelium habita vendidimus et per presentes vendimus iusto et consueto venditionis contractu deuotis in Christo priorisse totique conuentui in Distorp villam Hanem cum omni iure, libertate, commodo, utilitate et dominio, cum omnibus agris cultis et incultis, cum vniuersis lignis, siluis, rubis et paludibus et fructibus eorundem, cum pratis, pascuis, aquis, molendinis, cum vniuersis metis et intra metas ipsas contentis, plane sicut nostra erant, cum omni precaria, cum omni seruitio personali vel reali perpetuo et iusto proprietatis titulo cum aduocatia iudicio summo et pedaneo possidendam. Item aduocatiā vnus mansi in villa Ekhorst etiam vendidimus eidem, sicut nostra erat. Pro quibus omnibus honorabilis vir dominus Johannes, dictarum sanctimonialium prepositus, nobis dedit et persoluit ducentas marcas argenti Brandenburgensis et ponderis complete, de quibus ipsum monasterium et personas quitas dicimus in hiis scriptis, mittentes ipsum monasterium nomine sanctimonialium earundem in possessionem omnium et cuiuslibet predictorum sollempnitate consueta et renunciantes predictis omnibus et heredes nostros nec non nostri domini quoslibet successores. Et ne hoc factum nostrum a quoquam valeat irritari presentes literas dari iussimus nostro sigillo sigillatas de nostra certa scientia et mandato. Testes quoque ad hoc rogati sunt, illustris domina Anna, Ducissa Wratislauiensis, nostra genitrix karissima, nobilis vir Henricus Comes de Luchoue, Buffo et Slotheco, nostre curie dapiferi, Christianus de Gherardistorpe, Henricus et Conradus de Cracowe, Borchardus de Berthensleue, Henningus de Vorland, Buffo de Myloue, nostri milites, Johannes plebanus in Gorliz cum aliis pluribus fidedignis. Actum et datum per manum Hermanni de Luchoue, in Soltwedele, anno domini millesimo trecentesimo quinto decimo, VIII. Idus Julii, die beati Kyliani.

Gercken's Dipl. II, 180—182.

XXXIV. Markgraf Johann untersagt seinen Bögten die Ausübung der Vogteigerechtfame über  
Dorf Daurßen, da die Herren von Hadmersleben solche dem Kloster Diesdorf zugewandt haben,  
am 22. Juli 1315.

Johannes, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, vniuersis ad quos hec litera peruenerit et specialiter Aduocatis in Saltwedele presentibus et futuris gratiam suam et omne bonum. Visis et intellectis literis nobilium virorum dominorum de Hadmersleue non vitiatis in aliqua sui parte, in quibus comperimus liquido, quod Aduocatia ville Dangketesse per



ipfos nobiles in monasterii Distorpe sanctimonialia sit rite et rationabiliter donata et translata, quam quidam ex nostris officiais in Saltwedele, putantes forsan id iure posse se facere, et sibi de facto nostro nomine usurparunt. Nos igitur que nostra sunt, non que alterius querere cupientes, districto nostre prohibitionis mandamus vestre fidelitati edicto, ne de cetero huiusmodi Aduocatie ingerere per vos vel per alium aliquo casu presumatis, si nostre indignationis aculeum volueritis euitare. Dantes nichilominus super huiusmodi nostra renunciatione has nostras literas nostri sigilli robore communitas. Prefentes fuerunt nobilis vir Henricus Comes de Luchowe, Borchardus de Berthenfleue, Christianus de Gherardestorp milites, Johannes plebanus in Gorlicia et alii fide digni. Actum et datum Euerfwalde, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinto decimo, virginis Marie Magdalene.

Gercken's Dipl. II, 586. 587.

XXXV. Hartnit von dem Knefebeck verkauft dem Kloster Diesdorf Besitzungen in Dülseberg, am 4. April 1322.

Omnibus hanc literam legentibus et audientibus, Ego Hartnit de Knefebeck salutem domini saluatoris. Tenore presencium amicabiliter recognosco, quod ex vnanimi consensu et libera voluntate omnium legitimorum heredum meorum vendidi conuentui sanctimonialium in Distorp in villa Dülseberge alteram dimidiam curiam, videlicet dimidiam curiam, quam colit Thulikens, dimidiam quam colit Veseke, dimidiam quam colit Johannes Lagendorpe, cum omni iure, cum aduocatia in campis, in pratis, in lignis, in siluis cum omnibus prouentibus, sicut ego hactenus habui et possedi predicta bona, ita ecclesia in Distorp sine heredum meorum impetitione aliqua libere possidebit, quia dicta bona a me pro XII marcis puri argenti racionabiliter comparauit, et vt dictus contractus immutabilis perseveret, munita est hec litera sigillis testium subscriptorum et his data dicte ecclesie Warandia videlicet domini Bodonis et Hemponis de Knefebeck militum, Bolduini et Ludolphi et Henrici de Knefebeck famulorum. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXII<sup>o</sup>. in dominica palmarum.

Gercken's Fragm. II, 47.

XXXVI. Anna von dem Knefebeck verkauft dem Kloster Diesdorf Besitzungen in Dülseberg, am 23. April 1322.

Ego Anna de Knefebegke tenore presentium coram omnibus recognosco, quod ex libera promissione et vnanimi voluntate fratrum meorum videlicet Pardami et Wafmodi, sicut suis etiam sigillis protestantur, et omnium legitimum heredum nostrorum vendidi Conuentui Sanctimonialium in Distorpe in villa Dülseberge alteram dimidiam curiam, quam colit Veseke, di-